

vero Homilia I. sic incipit: *Sicut in superioribus preceptis ita quoque circa ieiunii observationem ad perfecte fidei meritum nos dominus doctrine sue mandatis instruit &c.* Trium hic *Remigiorum* in mentem venire possit: *Episcoporum Rheimensis et Lugdunensis, et Autissiodorensis* Monachi. Duobus prioribus Homilias nemo dat. Tertius nec *Beatus*, nec *Episcopus* est, et alioquin Librariorum Titulis parva saepe fides. Commentaria illum in omnes Evangelistas scripsisse satis evincit *Historia liter. Franciae* T. VI. p. 109. quanquam in Bibliothecis delitescant. Facile igitur ex his Commentariis *Homiliae* nostrae depromi, doxologiaeque ad finem instrui potuere. Firmat hanc conjecturam ipsum, quod supra posui, initium; nam ad quaedam praecedentia adpellat. Incertitudinis tamen, in qua versamur, aliqua ratio esse possit modestia *Remigii Autissiodor.* qui, ut referunt, nomen suum nulli suorum Operum adscribi voluit. Atque fortassis inde est, quod in *Homiliario Coloniae* 1530. f. edito, quod ab *Alcuino* digestum dicitur, ad Homilias, quae e nostro Codice ibi habentur, nullus autor adfignetur. Sed heus tu! quomodo *Alcuinus* a. 804. mortuus *Remigii*, qui primum sub finem Sec. IX. scripsit, Homilias Collectioni suae inferere potuit? Non habeo, quod respondeam, nisi Homilias *Remigianas* ex iis esse, quas editioni cit. *Euch. Cervicornus* impressor noviter *adjectas* nusquam antea *impressas* ait. Quod si minus satis fa-

cit, rem in medio relinquam, ut jam *Vol. I. P. 1. col. 303.* circa *Commentarium in Evangelium Matthaei* feci, quem si quis cum praesentibus *Homiliis* contendere vellet, certiora fortassis extunderet. Illud solum non omitam, quasdam Homilias hic *Remigio* tributas in *Bedaes Quadragesimali* impressas legi.

II. *fol. 45.* sequuntur *Homiliae S. Gregorii Papae ad Populum* in II. *Libros* tributae, sed non eo ordine, quo se in edit. *Maur. Paris.* 1705. T. I. *col. 1434.* excipiunt. Praeterea prima Columna improbe exsecta, et folia inter 89. et 94. evulsa sunt.

CCCCL.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 264
Folior. 206. f. per duas columnas exaratus, rubricis distinctus, et, ut *fol. postremo* notatur, datus *Universitati* per *Executores Art. et Decret. Doctoris Magistri Augustini de Elbing*, qui ei a. 1470. Rector praefuit, a. 1484. sequentia complectitur: I. *Homiliarium Quadragesimale* porrectum a *Feria IV. Cinerum ad Coenam Domini*, ita tamen, ut *Homilia* a fine *tertia* ad *Dominicam Oculi*, *postremae* duae vero ad *Dom. Reminiscere*, five III. et II. *Quadragesimae* pertineant. Lectum est istud *Homiliarium* ex *Hieronymo, Maximo Taur. Leone M. Job. Chrysostomo, Beda, Haymone Halberst. Augustino*, non tamen est *Alcuini*. Loca varia in marginibus subpleta sunt, et ad calcem

minio adjectum: *Expliciunt Ome-
lie per quadragesimam per manus
Michabelis de Ardinga.*

II. fol. 81. p. 2. succedunt Gre-
gorii M. Homiliae XL. in Partes
II. tributae, prout extant edit.
Maur. T. I. col. 1435. Quamvis
Exemplum istud mendis non ca-
reat, e praevia tamen ad *Secun-
dinum Epistola* notare duo libet
Maurianis, ut videtur, non ob-
servata. Legit nempe Nostrum:

Delicias mundi casto sectabar amore —

Homiliae praemisso utrique *Parti*
Elencho rite procedunt.

III. fol. 189. accedit Hexas
Homiliarum. Videlicet in *Dom. I.*
II. III. X. XIX. et XX. post *Pente-
costen*, quarum haec initia: *Scriptura
sacra diuinitus &c. Omnipoten-
s deus in exordio &c. Sicut uni-
us peccatoris &c. In huius lectionis
serie &c. Cum frequenter regnum
celorum &c. Aliquotiens contingere
solet &c. Homiletan mihi igno-
tum Gregorio M. et Beda usum
esse video. Ita v. g. Hom. III. le-
gas: Sicut vera iusticia compassio-
nem habet, sic falsa dedignationem,
quae sunt Gregorii Hom. XXXIV.
Item Hom. I. *Byssus* autem genus
est quoddam lini candidissimi et sua-
uissimi decoris, et greci papagen
vocant; ubi Beda Hom. Dom. I.
post *Trinit.* habet: *Byssum* vero
genus est quoddam lini nimium can-
didi et nobilissimi, quod Hebraei
παπατην vocant. Pejus hic Bedae
Exemplum nostro; Hebraeis e-
nim *Byssus* ברִיִּשׁ est. Quid vero
etiam Graecum *παπατην*, aut πα-*

*sed tandem dubietatem postmodum
certa annunciatione correxi*, ubi il-
li: *sed eandem dubitationem post-
modum certa notatione* (in not. e-
nodatione) *correxi*; dein Nostrum:
quae sub ecclesiis dictae, ubi illi:
quae sub oculis dictae. Epistolae huic
Librarius noster continenter ad-
junxit mutilum aliquod Epitaphi-
um, utique non Sancti Praeulis,
cujus postremus versus fit:

πατην? Nisi recurras ad corruptio-
nem vocis *παππος*, quae florum
lanuginem notat, aut ad *Glossas
Fatricas mss.* apud *Ducangium*,
quibus *παταγος* lepus est, unde
παταγην mollissimam Pilorum le-
porinorum lanuginem divines.

CCCCLI.

Codex chartaceus lat. germ. U. 283
in confinio Sec. XIV. et XV. Fo-
lior. 114. f. scriptus per duas co-
lumnas non una manu, et rubricis
distinctus, quondamque *Job. Fabri*
Antistitis nostri Varia complectitur
hoc ordine compilata: I. Trigam
illam *Epistolarum Eusebii ad Da-
masum, Augustini ad Cyrillum*, et
Cyrilli ad Augustinum, Viris his
subpositam, sub Typographiae
primordia saepius excusam, a me
jam saepius memoratam puta *Vol.*
I. col. 823. 1552. 2682. et *Opp.*
Hier. edit. *Vallars.* T. XI. col.
288. prostantem.

II. fol. 25. p. 2. Elenchus Me-
dicaminum sequitur lingua germa-
nica